



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Debitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Addit. 3 Velle scire in mortalem finem, vel quæ sub pecc. m. vetita sunt, vel explicata in confessione crimen. m. est, *Nau. Tol. l. c.*

Custos, vide Restitutio.

1 **C**ustos de damno tenetur, quod non impedit cum possit.

**Nau. c. 17. num. 136. Salon. q. 62. art. 7. contro. 5. concl. 3. Vide Syl. Custos. 1.*

2 Cum fures à culpa excusantur ob necessitatem, potest custos dissimulare.

**Nau. l. c. num. 122.*

Custos tenetur de lata, & leui culpa; non de leuissima, *Bannes q. 62. art. 7. contra. Adr.*

DEBITVM VIDE BENEFICIVM.

Contractus, Ecclesia, Hereditas, Mutuum, Restitutio.

1 **D**ebitum soluendum æstimatione monetæ temporis contractus.

2 Qui debet monetam ferri metalli in ea soluat, vel eius æstimationem in tempore solutioni præfixo.

3 Si debitæ pecuniæ mutata est materia vel pondus, soluenda est æstimatione temporis contractus: quod si solum sit pretium mutatum, ante moram prodest id & nocet creditori, nisi si aliud sit conuentum: post moram verò soluenda est æstimatione temporis quo solui debuit.

buit. Quidam tamen dicunt soluendam maximo pretio quo valuit post moram.

**Vide Tol. l. 5. c. 34.*

4 Res in specie debita missa ad eius dominum per hominem vulgo fidelem habitum, domino perit: quod si mittens mala fide possidebat, ei perit, quia fuit in mora. Perit etiam domino si apud debitorem perit ante moram sine eius culpa dante causam interitui.

**Vide Nau. c. 17. num. 185.*

5 Pecunia debita perit creditori qui eam tempore opportuno oblatam noluit recipere, & deposita est apud honestam personam: item si absente creditore consignata est Iudici, vel deficiente Iudice, honestis personis.

**Vide Nauar. c. Noli putare de pœnit. dist. 1. numer. 9.*

6 Qui non est soluendo, & cedit bonis suis, omnia fideliter manifestando, liberatur e carcere, & si ad pinguiorem fortunam deuenit, potest sibi etiam in conscientia retinere, quæ ad congruam parcam sustentationem sufficiant. *Couar. 2. varia. resolut. cap. 1. num. 6.* cum alijs quos ibi citat.

7 Probabile est quod quidam dicunt, Neminem teneri soluere id, cuius soluti lex repetitionem concedit, nisi iurasset soluere.

8 Debetur publicum salariū seu stipendium integrum Potestati, Aduocato, Assessori, & Doctori, etiamsi ante finem statui temporis

moriantur: at salariū talibus promissum à priuata persona, solum pro rata debetur.

9 Ad debita tenetur hæres (non autem vsu-fructuarius, nisi huic fuisset relicta tertia aut quarta pars sub nomine hæreditatis: tunc enim pro rata teneretur; secus esset si bonorum nomine, & nō hæreditatis; tenetur etiā hæres ad legata, & ad vota realia defuncti, itemque iuramenta realia.

* Debita } *Vide Syl. vers. Hæreditas 3.*

Vota realia } *Si id patitur hæreditas Nau. c.*

12. nu. 56. & 79. Syl. l. c. nu. 11. & vers. Voiñ. 2. n. 11.

Iuramentum } *Vide Syl. vers. Iuramentum. 3. nu. 2.*

10 Debitum alicui ex promissione, vel iuramento, non debetur hæredibus eius, si is qui promissit, in illius tantū personā intendebat.

11 Si res debita perinde fuerat apud dominum peritura, nec antea ei utilis futura, liberatur debitor: secus est si illud dubium sit, & iste fuit in mora.

* Si res } *Syl. mora. 4. Nau. c. 17. nu. 80.*

Dubium } *Vide Lopez p. 1. c. 95.*

12 Debitor morosus tenetur de damno, & lucro cessante, vsurarius verò, tenetur de damno, & lucro cessante mutuario, non verò de lucro suæ industriæ: illud verò quod dictum est de lucro cessante, intelligunt quidā solum postquam creditor monuit velle sibi solui etiam id.

* Debitor }

* Debitor } *Syl. mora. 4.*

Vfurarius } *Vide Syl. vsurar. 6. num. 2. Nau. c.*

17. nu. 278. Sot. l. 6. q. 1. art. 4. Mol. d. 326.

13 Qui furatus est pecuniam, solum eius va-
lorem debet, non autem quod ex eius nego-
tiatione, aut permutatione lucratus est, nisi
creditor itidē fuisset lucraturus. * *Tol. l. 5. c. 22.*

14 Si pecuniam debitam non habens offert
rem meliorem, tenetur creditor accipere.

15 Potest creditor petere debitum ante tem-
pus à debitore suspecto.

16 Debitum viri nolentis soluere, posse vxor-
em soluere, etiā illo prohibente, Nauarr. ait:
quod mihi probatur. * *Nau. 3c. 17. nu. 116.*

17 Soluens creditori sui creditoris: liberatur
in conscientia. *Vide Syl. vers. solutio. nu. 4.*

18 Cum debitor tenetur creditorem adire,
sufficit illum quærere, vbi solet conuersari.

19 Debitum filio familias soluens sine con-
sensu patris, aut minori sine consensu tuto-
ris, non liberatur, nisi sit in illorum vtilitatē
conuersum. Ita Sylu. Ego puto in conscientia
liberari, si illi erant creditores, adeoque debi-
tæ rei domini.

20 Si pro nolente soluere, cum deberet, sol-
uisti, tenetur ille tibi.

21 Pro debito à te post annum soluendo, po-
tes nunc minus soluere sic volenti creditori:
est enim id velut emere rem futuram, quæ
minus valet quam si præsens esset. Ita Naua.
& qui-

& quidam alij: quod Sotus, & alij quidam negant licere, mihi non videtur illicitum, si quis ab aliquo alio debitum post annum soluendum emat à creditore minori pretio, nec apparet cur non liceat idem ipsi debitori facere: quamquam certè aliquid videtur interesse, vt mirum non sit quibusdam improbatum: ego faciendum non probarim, factū non improbauerim.

* Ita Nau. 3c. 17. nu. 332. cum Caiet. vers. V. Iu. 7a. Fum. eod. nu. 51. Tol. l. 5. c. 31. nu. 7.

Hæc Nau. sententia Mol. d. 361. improbabilis omnino est; datum tamen ex liberalitate, vel ratione lucri cessantis, aut damni emergentis licitè accipietur: Vide D. Tho. opuscul. de vsu. c. 8. Mol. l. c. Val. t. 3. d. 5. q. 10. par. 2.

Sot. lib. 6. q. 4. art. 1. ad Tertium, vsurarium putat emere debitum minoris anticipata solutione, si nullæ expensæ, nullus labor, nullum periculum subeundum, nullum emergat damnum aut lucrum cesset.

Et alij quidam } P. N. l. 3. c. 2. nu. 162. Merca. c. 11. nu. 6. 7. Boninsegnius de contrac. Conrad. de contract. q. 67. Lop. p. 2. c. 58. & de contract. l. 1. c. 3. D. Th. Val. Mol. l. c. Garzias de contract. c. 19. nu. 3. Io. Med. q. 38. de rest. §. sequitur. contrariæ sententiæ argumenta refellentes.

Garzias l. c. nu. 3. licere ait, rem dilata solutione summo pretio venditam infimo recuperare.

22 Debitum tibi si non potes aliter commo-
de recuperare, potes clam tollere: modo cu-
res ne creditor iterum soluat, & id fiat sine
scandalo, & sine periculo tuæ, vel alienæ fa-
mæ, aut vitæ. Neque teneris reuelare, etiam si
Prælati præcipiat sub pœna excommunica-
tionis, si est probabile, quod reuelans cogaris
restituere. Imò neque tenentur alij quicunq;
sciunt, si certò sciant te hoc modo iustè acce-
pisse. *Syl. vers. furtum, q. 15.*

23 Si creditor est in eadem necessitate cum
debitore, reddendum ei id, cuius non fuerat
translatum dominium. Putant & quidam et-
iam aliud debitum quoduis reddendum, nisi
extrema sit debitoris necessitas; in qua, et-
iamsi antea iurasset se redditurum, non tene-
ri; intelligebatur enim, nisi extrema oppri-
meret necessitas.

* Si vtriusque necessitas extrema sit. *Scot.*
4. d. 15. q. 2. Rich. & alij creditori reddendum
putant: contrarium ait *Sot. l. 4. q. 7. art. 1. col.*
19. cum D. Caiet. Lopez p. 1. c. 53. in fine. Nau. c. 17.
nu. 60. Tol. l. 5. c. 24. nu. 8.

24 Qui malà fide accepit, aut fuit in mora
restituendi, tenetur reddere, nisi maius dam-
num patiatu reddendo nunc, quam creditor
non recipiendo.

* Vide *Lopez l. c. 95. col. vlt. Tol. l. ca. Sot. l. c.*
art. col. 4.

25 Bonæ fidei debitor, non tenetur mutare
statum.

statum ad soluendum rem, non in specie debitam, quod alij extendunt etiam ad casum quo creditor statum mutare cogetur nisi soluat, quæ ampliatio est improbabilis, & cōtra communem sententiam.

*Vide Tol. Nau. nu. 63. Sot. Lopez l. c. Cou. in Reg. Peccatum p. n. 1. Val. l. c. d. 5. q. 6. p. 7. 26. Non debet debitor pati soluendo, quod creditorem velle eum pati, æquum non est.

*Vide Io. Med. q. 3. de eleemos. prope finem, vbi docet, creditorem non indigentem teneri sub p. m. non exigere à debitore rem, quæ ille indiget, vel ad sustentandam naturam, vel ad notabile damnum vitandum. vide etiam Cordu. q. 68. Nau. c. 17. nu. 63. Val. Couar. Sot. l. c. 27. Genuensium debitorum mos, sic cum creditoribus componentium, vt minori summa contenti sint, liberat eos etiam ad pinguiorē fortunam venientes, Vide explicationem apud Sylu. V. Restit. 7. nu. 2. & Nau. c. 17. num. 75. etiam quidam id negant, Sufficit autem secundum Nau. maiorem creditorum partim sic esse contentam, vt minori parti, quæ reclamauit, non plus soluat, quàm cæteris: tenentur enim & hi stare conuentioni maioris partis. Vide Syl. Restit. 6. nu. 3. Nau. p. 2. Cons. in Append. lib. 1. tit. de pactis, Consil. 6.

*Maiorem } Vide Mol. d. 582. nu. 12. de re simili loquentem.

Debitum